



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

3. Vndè sit causa pr[a]emiorum nostrorum operum, si Deus gratis omnia confert.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

tia, id est, cessatio à peccatis lege prohibitis, & ab alijs peccatis, quibus natura nostra est oppressa: & si ab illis cessare non possumus in hac vita, studendum tamen est, ne regnent, Roman. 6. & quotidie orandum, ut dimittantur nobis debita nostra, Matt. 6. Deindè exigitur Fides, id est, vera cordis fiducia & optatio, ut Deus pater exhibeat ex misericordia beneficia Christi, & non dubitare quin ita accipiat, ut credit certissimè sibi contingi. Nam Fides apprehendit Christum, quæ etiam illi communicat bona Christi. Sic iubet Christus prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum, Lucae ultimo. Et Marci 1. inquit: Pœnitentini, & credite Euangelio. Et sic Christus causa est iustificationis: Pœnitentia & fides sunt media, per quæ accipio & apprehendo, & particeps efficior in Sacramentis bonorum Christi: & ne dubitem de hoc, ipsa Sacramenta, sigilla & testes sunt, atque me certificant. Particula igitur, Gratis, non excludit Fidem & pœnitentiam præcedentem iustificationem, neq; sequentem iustificationem legis obedientiam: immò hæc maximè exiguntur, tum ad accipiendam, tum ad retinendam iustificationem: sed causam beneficii, id est, iustificationis & salutis ad nostræ dignitati operum, & transfert in Christum: & hoc idè, ut beneficium sit certum, Roman. 4. Illam enim certitudinem ademit nostris operibus Christus, quando dixit Lucae 17. Quando omnia feceritis, dicite, quia serui inutiles sumus. Idè non possumus nobis statuere certitudinem ex nostris operibus, sed in Christo est promissio iustificationis firma, & hanc doctrinam maximè defendit Apostolus ad Rom. & Galatas contra Iudeos, qui iustitiam tribuebant operibus legis.

Nullumne ergò est præmium nostrorum operum, quia Deus gratis iustificat & saluat? Respōdeo, maximè est præmium operum nostrorum, & in hac

& post hanc vitā, spiritualiter & corporaliter: nam 1. Cor. 3. dicit Apostolus: Unusquisque mercedem accidet secundum suum laborem, Matth. 5. 16. & Ioan. 5. Sed hoc præmiū est ex promissione gratuita Dei propter fidem in Christū. Deus enim quia promisit compensationem operum nostrorum gloria æterna: idē est præmiū, & hæc promissio præmij non oritur ab operibus nostris operatis, sed à benigna & liberali voluntate & pietate Dei: nam operibus nostris ex debito Deus nihil debet, Luc. 17. Idē etsi pro operibus promittit & donat vitam æternam & præmiū, tamen hoc est misericordia & gratia, non debitū; nemo ergo ad opera respicit, sed in Dei promissione. Et sic ab initio docuit Ecclesia, quoniam opera nostra sunt meritoria gloriæ ex gratia, promissione, & pacto. Tolle gratiam ab operibus, & nullum erit præmiū: tolle filiationem à filio, & nihil ad eum pertinebit hæreditatis: Et quid est esse meritorium ex gratia, nisi hoc esse ex misericordia & favore meritorium, non ex debito? Semper igitur manet misericordia Dei: & quoniā Deus gratuita sua voluntate vult nobis hoc sic esse meritorium, idē particula, Gratia, semper manet, & semper nostris operibus adimit causam meriti, & transfert in Christum. Nam gratia vel donum Dei est vita æterna, Roman. 6. Nihil hætenus ademptum est de gloria gratiæ, de merito mortis Christi: nam promissio præmij, oritur à Dei pietate, & non ab operibus nostris operatis, ut dictū est. Si Ecclesia crederet & doceret, quòd opera nostra essent causa remissionis peccatorum & salutis, tunc Christus gratis venisset, Galat. 2. & hoc derogaret passioni illius, essetque apostasia à fide & scriptura, quæ ubique docet, quòd propter nomen IESU eiusq; mortem, accipimus remissionem & salutem, Actor. 10. Sed quoniam docet, quòd Christus est vitæ ætimate & causa salutis totius mundi, & quòd illius beneficium

nefici
& re
nost
pter
nob
culu
aduc
ribu
thēi
ribu
omn
Plur
ipse f
præd
operi
tia p
ra fec
cunt
nostr
carne

1.

2.

3.

C

Christi
pietiam

beneficium

neficia nobis exhibentur per pœnitentiam & fidem, & retinentur per obedientiam legis, non propter illa nostra media, quanuis necessariò exigantur; sed propter suam bonitatem & misericordiam, hæc omnia nobis contingere; ideò nullum est conscientia periculum, & liberatur Ecclesia à conuicijs & calumnijs aduersariorum. Quòd verò Christus promiserit operibus ex gratia salutem & præmia multa, patet Matthei 19. Luc. 18. vbi Petrus quærit, quid meruerit operibus suis &c. Et 1. Tim. 4. inquit Apostolus: Pietas ad omnia utilis est. Lege suprâ cap. 10. de bonis operib⁹. Plurimum ergò sunt distinguenda opera Christi, quæ ipse fecit: scilicet, natus, tentatus, ieiunauit, orauit, prædicauit, passus, resurrexit, cœlos ascendit, &c. ab operibus nostris, ieiunio, oratione, vigilia, obseruantia præceptorum, ac cæremoniarum &c. priora opera fecit filius Dei, nostra facit solùm homo: illa vincunt mortem, peccatum, & Sathanam: non autem nostra hoc faciunt, eo quòd sunt imperfecta & fiunt carne impura.

CAP. XXXV.

ARGUMENTA.

1. *Quis hominum viuat in Christo.*
2. *Quomodo Deus ac Christus habitat & viuunt in nobis.*
3. *Qui viuunt in Sathana, & in quibus ille viuunt.*

Questio 1. Postolus inquit Gal. 2. Quòd nunc uiuo in carne, parum est, & non multum curandum: sed quòd in fide filij Dei uiuo, qui dilexit me, & tradidit seipsum pro me, hoc salutare est. Viuere ergò in Christo, hoc est credere, illum esse suam iustitiam, sapientiam & sanctitatem, ac redemptorem coram Deo. I. 5. patre,